

1666, 42^a 406.
I. N. 7.
CHARACTERES 22
STATUS S. ROM. GERM.
IMPERII.

APHORISMIS INAUGURALIBUS
INCLUSOS

DIVINA FAVENTE CLEMENTIA
Ex Decreto & auctoritate Magnifici atque Nobilissimi
Jctorum Ordinis in Inclutâ SALANA,
SUB PRÆSIDIO

DN. GEORGII ADAMI Struben/
Hereditarii in Uhlstädt / Jcti & Antecessoris Celeberrimi,
Consiliarii Saxon. Curia Provincialis & Scabinatûs Assessoris
gravissimi, Facultatis Juridicæ SENIORIS meriti-
tissimi,

*Domini Patroni atque Doctoris sui quovis ob-
servantia cultu etatem prose-
quendi,*

PRO LICENTIA

Summos in Utroque Jure Honores ac privilegia Docto-
ralia ritè & legitime capeffendi,
Publico Eruditorum Examine submittit

JOHANNES CHRISTIANUS Echindler/
ZITTAVIA-LUSATUS,

Per Illustris atq; Generosiss. Comitiss Schwartzburgici
DN. CHRISTIANI GUILIELMI, h. t. Studiorum Moderator,
& Cancellar. Sondershusanæ Advocatus.

ad d. X. Februar.

Horis ante - & pomeridianis.

JENÆ, Typis JOHANNIS NISI, Anno M DC LXVI.

MAGNIFICO PER QUAM STRENVO
NOBILISSIMIS AMPLISSIMIS PRUDENTISSIMIS
CLARISSIMISQUE

DOMINIS
CONSULIBUS
PRÆTORIBUS
SCABINIS

ATQUE
SENATORIBUS
LAUDATISSIMÆ REIPUBLICÆ
ZITTAVIENSIS,

DOMINIS SVIS PATRONIS
EVERGETIS PROMOTORIBVS FAVORIBVSQUE
PERPETUO

OBSERVANTIÆ ATQUE HONORIS CVLTV
PROSEQUENDIS
HOSCE

CHARACTERES STATUS S.R.G.
IMPERII

EX DEBITA ANIMI GRATITUDINE
SUBMISSE

D.D.C.

AUTOR.



I. N. 7.

CHARACTERES S. ROMAN. GERMAN. IM- PERII

APHORISMUS I.



VT omnis Societas Civilis
constat ex imperantibus & pa-
rentibus (a): Ita etiam Sacrum
(b) Rom. (c) Germanicum Im-
perium tanquam Corpus Chri-
stianum (d) compositum est ex capite (e) &
membris.

(a) Ita habet *Aristot.* 7. *Polit.* 14. cujus verba: πᾶσα πολι-
τικὴ κοινωνία συνέστηκεν ἐξ ἀρχόντων καὶ ἀρχομένων. (b) Vid.
Limn. l. 1. 7. P. c. 7. n. 1. (c) Vid. *Limn.* d. l. n. 10. & c. 4. per
tot. (d) Ita appellatur in *Recess. Imper. Colon. de ann. 1512.*
in fin. pr. (e) Imperii, ceu corporis, caput est Imperator;
Hinc appellatur *modò* temporale caput populi Christiani, fide-
lium. A. B. tit. 2. *modò* audit das Oberhaupt im Heyl. Reiche. *Rec.*
Imp. August. de ann. 1566. S. sind nachdem dann. 6. circ. fin. *modò*
ein wachend Haupt des Röm. Kayserthums. R. I. de ann. 1570.
s. nach erledigten. 24. & passim in aliis *Recess. ac Constit. Imp.* ut
proindè haud perperam *Thuan. Lib. 2. pr. hist. sui tempor. dixe-
rit: Germanorum Rempubl. ex capite & membris consistere.* add. Jo.
Limn. l. 1. c. 7. n. 50. & seqq.

A 2

APHOR.

APHOR. II.

Capite utimur ut imperante, membris verò ut parentibus seu subditis, (a) qui sunt vel mediati, (b) vel immediati.

(a) Uti in corpore membra non sunt paria, sed unum dignitate seu nobilitate superat alterum; Ita subditorum alii sunt eminentioris conditionis, alii inferioris. Hic etiam notari meretur distinctio, quod alii merè subditi vocentur, qui scil. superiori simpliciter sunt subjecti, nullamque potestatis partem obtineant: Alii non merè tales seu mixti, qui simul in Reipubl. curam & sollicitudinem partemque potestatis sunt assumpti. (b) Mediatè Imperio subjecti sunt, qui immediatis Imperii subditis immediatè parent: Et hi usitatè vocantur *Landsasfi*, de quâ voce vid. Wehnerum *in observ. pract.* & Besold. *in Thesaur. pract.* add. Reink. *L. 1. d. R. S. & E. cl. 5. c. 11. per tot.*

APHOR. III.

Immediatè Imperio subjecti dividuntur (a) in Status Imperii, (b) & immediatos in specie sic dictos. (c)

(a) Ita Ferdinandus I. Imp. in Rec. Imp. Wormat. *de ann. 1564. §. Und wollen wir als Römischer. 29. ibi: gegen denen/so nicht Stände des Heil. Reichs / iedoch dem H. Reich immediatè unterworffen.* (b) Hi membra Imperii, *puta in significatu excellentiori*, appellantur, & quidem in R. I. *de ann. 1541. in pr. eingeleibte Glieder der Kayserl. Majest. R. I. de ann. 1542. §. und wiewoh. 16. Christliche Glieder des Heil. Reichs.* (c) In genere tò immediatè subjectum esse Imperio latius patet, quàm Statum esse; contradistinguitur autem huic, si accipias in specie, pro iis immediatis, qui non sunt Status: Tales autem censentur omnes illi Principes, Comites, Barones, aliique in Imperio nostro, qui nihil participant de Jure Comitiorum & suffragii, sed solis titulis & immedietatis privilegiis gaudent: quorum complures creavit Ferdinandus II. Imp. ut tradit Autor libelli, cui titulus: *Status particularis*

100
valis Regiminis Ferdinandi II. & ex illo Excellentiss. Vir Herman. Conring. in *disq. de German. Imper. Civ. th. 12.* Deinde huc spectat libera & immediata Imperii Nobilitas per Franconiam, Sueviam & tractum Rheni; quorum immedietas stabilita est in Instr. Pac. art. IV. §. liberam Imperii 17. Referas ad hunc etiam locum quædam Collegia Canonorum, item Commendatores quosdam Ordinis Teutonici, nec non quædam Castra Ganerbiorum, de quibus & multis aliis vid. Reink. l. 1. cl. 5. c. 10. per tot. Pagorum quoque immediatorum mentio fit in Instr. Pac. a. 5. §. 2. vers. *Terminus à quo.* quos recenset Goldastus in Epistol. dedicat. der Reichs Handlungen / hisce verbis: *Es seynd freye Reichs-Dörfer / Stuffelhaim / Gedromstein / Gamb und andere / so mit Hoch- und Nieder-Berichten begabet / und allein Kayserl. Majest. unterworffen.*

Sed quid de civitatibus habendum? an & earum quædam, ita immediatè Imperio sunt subjectæ, ut tamen non sint in Statuum numero? Ita quidem videtur Auctori *præjudic. Cameral. Imper. verb. Nobilitas.* At exempla sibi non occurrere tradit Reink. d. l. 1. cl. 5. c. 10. n. 20. Ut autem mediati subditi *Landssasfiorem* nomine veniunt: ita ex quorundam recentiorum Ddrum sententia immediatos hosce *Reichssasfios* non absurdè appellare licebit, præeunte Magnif. Dn. Strauchio in *dissertat. de Statut. à summo Principe. §. 7.*

APHOR. IV.

Rectè ergò Status Imperii inter subditos imperii computatur.

Quamvis Carolus V. in *Recess. Imp. de ann. 1524. §. weiter. 34.* Status Imperii appellet *Christiana Capita*, adeòque eosdem subditorum appellatione excludere videatur: Dicendum tamen erit, Imperatorem Statibus istam tribuisse appellationem non simpliciter & in sensu absoluto, sed tantum ratione eorum subditorum per quandam analogiam & convenientiam. Reink. *lib. 1. cl. 3. c. 1. n. 5.* Vocantur autem Status subditi in sensu eminentiori, ut supra modò dictum. Probatur eorum subjectio non tantum ex formulâ Juramenti quod præstant Imperatori, quando scil.

A 3

jurant,

jurant, dem Röm. Käys. und dem Reich treu / hold / gehorsam zu seyn. Vid. Waremund. ab Ehrenberg. *lib. 2. de fæderib. n. 161.* Reink. *lib. 2. cl. 2. c. 2. n. 89. & 202.* Verum etiam ex Constitut. Imperii, & quidem ex Ordu. des Landfriedens zu Worms *de ann. 1521. tit. 3. ibi:* und allen andern unsern und des Reichs Unterthanen / & paulò post: bey dem Gehorsam. *& tit. 18. S. 2. ibi:* Beyder Gehorsam / die ihr uns als Röm. Käyser schuldig seyd, huc etiam facit R. I. *de ann. 1567. s. Daraus dan. 16. ubi Status vocantur gehorsame Fürsten und Stände des H. Reichs.* Nunc autem negari non potest vocem Gehorsam subditum denotare per ea, quæ tradit Gail. *de Arrest. c. 7. num. 10. & seq. add. Befold. in thesaur. pract. d. voc.* Referrì ad prædicta commodè etiam possunt, quæ de Rege Bohemiæ adducit Reink. *L. 1. cl. 4. c. 3. n. 39.* Deinde dixi *in apher.* Status esse subditos Imperii: cur non & Imperatoris, quærat aliquis? Huic repono verba Befoldi *in dissert. de Stat. Reip. mixto. c. 2. n. 7. ubi ait: Principes, Comites, aliosq; Imperii Status, non propriè dici subditos solius Imperatoris, sed potius Imperii subditos & membra; Ita ut Imperator solus, ob delictum aliquod eos beneficiis & privilegiis privare, aut Imperii banno subicere non possit, nisi re in comitiis publicè deliberata, præcipuè si ex condemnatione periculosi motus in Imperio sint metuendi.* Hæc Befoldus: ex quibus patet, à potiori me Status, subditos Imperii appellasse.

APHOR. V.

Ratione nominis, Imperii status (a) dicitur à stando, quod scil. legitimam in Comitibus Imperii habeat standi personam: **Dasß er eine Stimm und Stand in Reichs Versammlung habe.** (b)

(a) Vox *Status* ambiguitate non caret; accipitur enim, (quantum in præsens sufficit, (I.) pro ipsâ Republ. in genere, & sic Status idem significat, quod Corpus Imperii ap. Flor. *Lib. 4. c. 3. n. 8. in fin.* hoc autem sensu illa tantum Resp. dici meretur Status, quæ superiorem in terris non recognoscit, per ea quæ habet
Limn.

Limn. Tom. 1. addit. ad lib. 1. §. P. c. 10. n. 1. (II.) Pro formâ Reipubl. quo spectant illa verba Pomponii in l. 2. §. 24. in fin. Ita rursus Respubl. suum statum recepit. ff. de O. 7. & tali acceptione Politicorum schola modò Statum Monarchicum, modò Aristocraticum cæterosque Reipubl. formas appellat. (III.) denotat Vox Status conditionem & qualitatem personæ & rei simul: magis tamen rei quàm personæ; & hæc acceptio est hujus loci. Notanter dico, magis rei quàm personæ, quia Statum Imp. esse non tam personalis quam realis dignitas s. qualitas (juxta veriore) censetur, uti infra ostendam. Dicitur autem Status cum adjuncto Imperii, germanicè, Reichs-Stand/ ad differentiam aliorum, qui dicuntur modò Land-Stände/ modò Frey-Stände.

Plures significationes vocis Status, quæ hujus loci non sunt, congeffit Calvin. in Lexic. Jurid. cui add. Limn. d. L. 1. c. 10. n. 1. & seqq. (b) Recessus Imperii de anno. 1500. s. Wie die Zerungen. 51. R. J. de an. 1548. s. wenn auch eir außgezogener 56. seu, quod in illis ceu membris, id est, basibus & columnis stet & subsistat Imperium ipsum Goldast. Lib. 3. de Regn. Bohemia c. 3. n. 4.

APHOR. VI.

Status Imperii synonyma sunt Ordines, Cives, Proceres, Senatores, Consortes Imperii.

Confer huc Reink. L. 1. cl. 4. c. 1. n. 3. Gail. Lib. 1. Observ. 21. n. 9. & alios, qui promiscuè hisce vocabulis utuntur.

APHOR. VII.

Characteres Statuum Imperii quin hîc pro formâ eorum accipere liceat, nihil impedit.

Varias significationes habet vox character, quæ est græcica. Nam (1.) accipitur pro signo seu formâ, insculptâ vel impressâ, aut inscripta rei, quo in sensu Aristoteles 1. Polit. VI. dicit χαρακτήρα ἑπιβάλλειν, & Ulpianus in l. 22. §. 5. ff. Qui testam. fac. poss. dum tamen annulus habeat χαρακτήρα; quare Briffonius ait, characterem habet annulus, qui formam aliquam gemmæ iusculptam habet. (2.) Sumitur pro forma dicendi seu genere Orationis: Hinc etiã character styli, Redens Arch. De-metr.

metr. Phaler. (3.) pro descriptione, qua describitur aliqua res, veluti ex notâ ei impressa à cæteris rebus eam distinguendo. *Cic. in Top* (4.) pro imagine, ap. *Demosth.* Unde Lipsius *Cent. 1. ad Belg. Epist. IV.* dicit; *Certior adeò mihi character, animi stylus videtur, quam sermo.* Et in *Epist. ad Hebr. 1.v.3.* vocem *χαρακτήρ* vertit B. Lutherus in *Ebenbild.* (5.) tandem accipitur vox illa pro formâ internâ, ex mente *Ciceronis ad Brutum in Oratore;* quando ait, in omni re difficillimum est formam, quæ Character Græcè dicitur, exponere. Et hæc acceptio est hujus loci.

APHOR. IIX.

Status autem Imperii definiri sic commodè potest: quod sit immediatus Imperii subditus jus sessionis & suffragii in Comitibus Imperii habens.

Explicanda paucis hæc est definitio, quæ integram Status Imperii substantiam exhaurit, secundum *genus & differentiam*, quippe quibus quælibet legitima constet definitio necesse est. *Genus* est immediatus Imperii subditus, ut patet; quod *Genus* an rectè hic stare possit, ex supra allatis aph. IV. apparebit. Alii ferè omnes generis loco ponunt *immediatum Imperii Civem*; sed minus rectè: Nam species per speciem synonymam non potest definiri; Civem autem Imperii synonymum esse Status Imperii dictum est supra aph. VI. *Differentiam* & quidem *specificam* absolvunt verba: *Jus sessionis &c.* & differre hoc ipso faciunt Statum Imperii ab eo, qui licet sit immediatus, tamen in oppositione est *Non Status* (quod non nemo Germanicè reddit in *Unstand*) & tantum *Reichsaffius*. Cum itaque huic definitioni nihil desit, nihilque in eâ redundet, sed cum suo definito optime reciprocari possit; procul omni dubio tanquam legitima subsistere poterit.

APHOR. IX.

Rectè itaque inter characteres Status Imperii refertur I. esse immediatum Imperii subditum.

Sed

Sed hoc ita demum, si cum respectu ad Jus suffragii considero; Extra enim hunc respectum & in sensu absoluto, non possum inferre: Est immediatus. E. est Status Imperii, prout perperam sentit Dan. Otto *de Jur. Publ. c. 17. p. m. 564.* add. quæ dixi *supra apb. 3.* Intellego deinde subditum Imperii immediatum, non modo ratione Personæ, sed etiam bonorum talem: Siquidem, uti antehac semper, ita nunc quoq; planè persuasum mihi habeo, censenda esse ejusmodi bona immediata, necessarium & essentielle præsuppositum veri Status Imperii, usque adeò, ut qui talibus non sit instructus, non possit in Statuum cooptari numerum: Competit nimirum Statibus Imperii, quatuor talibus, Jus territoriale, seu superioritatis (ut paulò infra ostendam): Nunc autem ut qualitas sine subjecto, ita superioritas hæc territorialis sine territorio fundari non potest, vid. Wurmser. *Exerc. III. J. P. 16. 20.* (dicere enim, habere quem Jus territoriale sed nullum territorium, absurdum est; quia non Entis nullæ sunt affectiones) Ergo necesse est, Statum Imperii bona immediata, (quæ hic territorii nomine veniunt) ab Imperio habere; Huc accedit, quod Jacob. Lampad. *p. 3. c. 3. §. 4.* refert *suo tempore nemini locum in Comitibus factum, qui non sublimis territorii Jura in propriis ditionibus obtinuerit.* subjiciens hæc verba: *atq; adeo territorio innixa videtur suffragii potestas, ut nonnulli, pro ratione diversarum ditionum, votorum pluralitate emineant.* Quin imò maxime jam dicta confirmant novissimæ Capitulationes, & quidem *Ferdinand. IV. art. 45. Leopold art. 44.* nec non *Rec. Imp. de anno 1654. §. 197. ibi:* Und solle forthin ohne vorgehende Real-Erfüllung/ &c. Proinde frustra sunt omnes, qui hæctenus contrarium defendere voluerunt, & inter eos Reink. *l. 1. de Reg. sec. & Eccl. cl. 4. c. 1. n. 646. seqq. sibi contrarius l. 1. cl. 5. c. 1. n. 7. & seq.* Limnæus *l. 1. J. P. c. 7. n. ult.* Myler. *de Princ. & Stat. Imp. c. XI.* quamvis hic mentem suam in iteratâ Editione, non tamen sine novo errore, correxit.

Ac licet quidam ex illorum Principum numero, pro quibus sollicitatum fuit in Comit. Ratisp. *an. 1641.* ut apparet ex *ejusd. ann. Recess. §. 97. & seqq.* & qui nuperè præteritis Comitibus *an. 1654.* ad sessionem & votum admissi fuerunt, R. J. *ejusd. ann. §. 197.*

B

nulla

nulla habuerint bona Imperio immediatè subjecta; Attamen
illa exempla planè sunt singularia, & extraordinaria, quæ à nemi-
ne in præjudicium aliorum aut consequentiam allegari, multò
minus ad infringendam Regulam adduci debent, jubente ipsomet
Imperatore atque Statibus Imperii in *præalleg. §. 197.* Præsertim
cum Principes illi sub certis Reversalibus tantum, atque sub hac
conditione expressâ in Statuum recepti sint censum, daß solches
beneficium sessionis & voti, auff dero Erben und Successoren nicht
extendiret werden solle/Sie haben sich denn vorhero mit ohnmittel-
bahren Fürstmässigen Reichß-Gürhern versehen; und solle forthin
ohne vorgehende Real-Erfüllung aller nothwendiger und bestimmter
Requisiten und insonderheit erstgemelter Begürherung und ohne der
Chur-Fürsten/und Stände Vorwissen und Consens keiner zur Ses-
sion und Stimm im Fürsten-Rath zugelassen werden/ *d. §. 197.* Et
procul dubio ad d. vers. Und solle forthin &c. Status Imperii ma-
ximè respexerunt, quando nuper in præsentibus Comitibus Ratis-
ponens. *Joannem Ferdinandum de Porzia*, novissimè ab invictis-
simo Imperatore Leopoldo (non obstante carentiâ Ditionum
Imperio immediatè subjectorum) ad Principalem dignitatem e-
vectum, ad Sessionem & Votû admittere constanter recusarunt.

APHOR. X.

Hinc in contrarium rectè concluditur: Me-
diatum Imperii subditum quat. talem non posse
in Statuum Imp. numerum cooptari, nedum
pro tali haberi.

Equidem planè contrarium asserere aliquando voluit Li-
mnæus *l. 1. c. 7. n. 99. & seqq. & l. 5. c. 16. n. 6.* ubi motus putatio
exemplo Ducis Würtembergici, expressis verbis concludit, et-
iam mediato nomen & qualitatem Imperii Status competere
posse; & uti non omnes immediati sunt Status Imperii, ita nec
omnes Status Imperii esse protinus immediatos. Verùm subse-
cutis temporibus lubricam hanc suam esse sententiam cogno-
scens, mentem mutavit, uti apparet ex ejusd. *tom. 1. addit. ad d. l.*
§. c. 16. n. 7. Verè autem lubricam fuisse illam sententiam consta-
bit

bit ex iis, quæ Jctus solidissimus Dn. Strauchius in *Dissert. Exoter. X. ubi ult.* adducit. Quoniam itaque mediata Imperii subjectio non potest afficere qualitatem Status Imperii, quæ talis, dicendum videtur, immediatam subjectionem esse essentielle annexum Status Imperii. Quamvis autem aliàs privilegium immedietatis, daß einer dem Reich ohne Mittel unterworfen sey / non sit qualitas aut privilegium personale, sed potius reale; Sufficiatque alternativè vel personam esse immediatè subjectam, vel bona in, aut sub Imperio talia habere. vid. R.I. de anno 1548. §. Wiewol auch in der Ringerungs-Handlung. 66. add. Wehner. *Observ. pract. in voce: Ohne Mittel dem Reiche unterworfen* & noviss. Hermann. *Hermes in fascicul. J.P. c. 32. n. 12.* Illud tamen in resp. ad Statum Imperii secus se habet, ut proinde non rectè dicatur, quod τὸ Statum Imperii esse, non sit patrimonii qualitas, sed personæ dignitas, non glebæ pretium, sed summi Principis præmium, item quod non rei sed personæ inhæreat, ita loquentibus Ottone de *J. P. c. 17. p. m. 566. Limn. l. 1 c. 7. n. 96. ibiq. in addit. tom. 1. ubi nota, eum quoad Civitates Imperiales sibi contradicere.* Myler. *de Stat. Imp. c. 11.* Siquidem immediata illa subjectio, cum sit in ordine ad Statum privilegium reale, eique essentialiter annexum, aliter exinde concludi non potest, quam τὸ Statum esse, rei seu territorio inhærerere. Conf. Hermann. *Hermes cit. loc. c. 5. n. 12.* Ut jam taceam, eodem planè modo Electoribus jus electionis non dignitate personarum, sed virtute Regni & Principatum, adscribi. *A. B. tit. 7. §. sanè generaliter. & tit. 20. in pr.*

APHOR. XI.

Nec Status Imperii antea qui fuit, amplius remanet, postquam immediata Imperii bona habere desinit.

Id sua sponte fluit è præcedenti fundamento; scil. τὸ Statum esse, seu Jus sessionis & suffragii in Comitibus habere, radicatum est in bonis immediatis, seu territorio. Cum hoc autem deficiat, alterum quoque deficere necesse est. Hic iterum valdè dissentientem habeo Limnæum, qui fretus autoritate quorundam

B 2

dam

dam l. 1. c. 7. n. 96. *ibid.* in *addit.* tom. 1. infert, Statum Imp. remanere etiam eum, qui in Imperio nihil amplius possideat, præter titulos tumulosque Majorum: & id quidem ex eodem, quod modò aphor. præced. rejectum est, fundamento. Eiusdem sententiæ sectatores quoque reperio Otton. *de J. P. c. 17. p. m. 566.* Myler. *de Stat. Imp. d. c. 11.* Sed non rectè illorum se habere sententiam, exinde facilè cuivis manifestum evadet; quia nimirum (1.) Ejusmodi subdito Imperii planè non competit *aphor. 8.* adducta definitio: Cui autem non competit definitio, ei nec definitum. Deinde (2.) certum & infallibile est, Status Imperii ratione subjectorum territoriorum in Comitibus suffragia ferre. Vid. Lampad. *l. 3. c. 3. §. 10.* ita ut quidam Status pro numero ac diversitate ditionum suarum diversa quoque atque plura præ cæteris nonnunquam ferat vota. Nec (3.) negari potest, superioritatem territorialem, quæ necessario ex suffragandi Jure fluit, in hujusmodi immediatum, immediatis ditionibus, destitutum, cadere non posse, quia Superioritas illa sine territorio fundari nequit, ut dixi *sub aph. 9.* Quomodo ergo Status Imperii nomen in rei veritate retinere possit is, qui neque Jure suffragii neque Superioritate territoriali gaudet, planè non video, ex nudis enim titulis, quorum hodierno die maximus est abusus, si rem quis metiatur, facilè decipietur. Nec juvat Dissidentes communis illa distinctio, inter Statum constitutum & constituendum; quia Status ille Imperii, quem constituendum fingunt, revera nondum est Status, nec rectè ita dicitur, ratio, quia futurorum contingentium non datur certa atque determinata veritas.

APHOR. XII.

Non tamen destruit immedietatem licet Status aliquis ratione quorundam bonorum alteri Statui juramento fidelitatis vel etiam subjectionis sit devinctus.

Putarunt equidem nonnulli, fieri hac ratione, ut quis simul mediati & immediati nomine clueat, quæ duo tamen essent contra-

tra-

trariæ qualitates, adeoque unum idemque subjectum ingredi recusantes. Proinde ne talis Status Imperii simul mediatus subditus seu Landsassius dici posset, varias rationes attulerunt, quas vid. apud Reink. l. 1. cl. 4. c. 1. n. 53. & mult. seq. Sed non est, quod quispiam putet, hæcce duo ita esse contraria, ut non possint sub diverso respectu cadere in unum subjectum. Nam licet aliquis Status Imp. alteri Statui ratione certorum bonorum verè sit subjectus, & ita fiat mediatus; nihil tamen impedit, quo minus ipse resp. cæterorum immediatorum bonorum etiam immediati qualitatem retineat: Siquidem una eademque persona diversis qualitatibus prædita, pro diversa quoque rectè haberi, diversoque jure censi potest. R. I. de ann. 1548. §. Nach dem auch. 69. & §. Auch der Grafen von Tübingen. 71. add. Reink. l. 1. cl. 2. c. 2. n. 164. & l. 1. cl. 5. c. 10. n. 31. & seq. Ita nec majestati alicujus officit talis subjectio: Constat enim, Regem Hispaniæ, ratione Burgundiæ, Regem Daniæ, ratione Holsatiæ, Regem Sueciæ, ratione Pomeraniæ, aliarumque ditionum, ut Status Imperii nostri, fidem eidem atque obsequium debere; & tamen extra hunc respectum, in Regnis suis superiorem agnoscunt neminem; Unde patet, quod una persona vicem duarum, diversis respectibus, representare haud ineptè possit. Conf. Gail. tr. de Arrest. c. 6. num. 14. seqq.

APHOR. XIII.

Status Imperii character II. est, habere Jus sessionis & suffragii in Comitibus Imperii vel universalibus, vel particularibus.

Secutus optimam divisionem Civis, quam Aristoteles 3. Polit. 1. tradidit, Verum Civem seu Statum Imperii solâ potestate judicandi de iis, quæ ad τὸν νόμον, vel summam Reip. pertinent, censendum putavi. vid. Paurmeist. 1. de Jurisdic. 6. & 8. Dn. Conring. de Germ. Imp. Civ. tb. 5. & 6. ubi mox tb. 8. subjicit, hocce Jus suffragiorum usque adeò esse proprium veri ordinis ac Status Imperii, est essentiam ejus unicè constituat.

Notanter dixi (I.) Jus Sessionis & suffragii, non ipsam sessionem

B 3

sessionem

tionem & suffragium, quod faciunt multi; Nam aliàs isti tantum Status, qui jam actu Sessione in Comitibus obtinuissent, non etiam illi, qui de novo in Imperii collegium cooptati, nondum verò ad sessionem & suffragium admissi, sub hac definitione venirent, quod tamen absurdum. vid. R. I. *de ann. 1570. §. Nach dem auch. 163. Petr. Denais. Jur. Camer. tit. 287. verb. Sessio. n. 3.* Ita Rex Sueciæ in Instr. Pac. tit. X. §. *Quarto. 9.* ratione Pomeraniæ, Brementis & Verdensis Ducatum, cæterarumque annexarum Ditionum in Statuum Imp. numerum est cooptatus, & pro tali ab eo tempore semper habitus, licet in præteritis Comitibus de ann. 1654. sessionem nondum sortitus, sed in præsentibus demum Legatus Ejus *Dominus de Lanke* eam actu consecutus fuerit, prout ex Communicatis Comitibus didici.

Dixi (2.) in Comitibus vel universalibus vel particularibus: illa autem nobis dicuntur *Reichs-Tag/allgemeine Reichs-Bersamlungen*; Hæc verò modò *Churfürsten-Tag/modò Wahl-Tag/modò Creys-Tag/modò Deputation-Visitation-Tag*; de quibus ex professo vid. Arum. *tr. de Comit. & alios.* Propterea autem illa verba adposui, quia nonnulli Regi Bohemiæ jus Comitiorum Universalium denegant. vid. Dn. Carpozov. *d. L. Reg. Germ c. 5. Sect. 9.* Et verum quidem est, ipsum rarissimè, imò juxta quosdam, nunquam in iisdem comparere; interim tamen non statim concludendum venit, ipsum plane non habere jus Comitiorum. vid. *A. B. tit. IV. in prin.* Hinc adpositè hanc in re novissimè nonnemo scripsit: *Non desunt, qui hoc privilegii loco competere Bohemo contendunt, quod ad Comitibus vocari non teneatur, si tamen velit, iis interesse possit; prout Sereniss. Domus Austriaca, quæ indubitatè sessionem & votum habet, hoc gaudet jure, quod Archiduces in Comitibus comparere non teneantur ex privilegio Frider. II. & Caroli V. quod etiam Ducibus Lotharingiæ & aliis ex transactione inter Carol. V. tanquam Burgundiæ Ducem, & Imperii Statibus Augustæ Vindelic. d. 26. Jun. ann. 1548. in ita competit.* Illud hic præterire nolo, Imperatori opus esse consensu Electorum non modò ad indicenda ejusmodi Comitibus universalia, sed etiam ad definiendum eorum locum & tempus, prout expressè cautum in Capit. Leopoldi Imper. Gloriosiss. *art. 17. ibi: Und uns mit denselben Churfürsten sowohl*

wohl der Zeit als Wahl-Stadt vergleichen. Laudatissimus modo Imperator ad praesentia Comitia Status Imperii his verbis inter alia convocavit: Also seynd Wir auff obberührter Churfürsten ~~EEEE~~den. eingelangten Consens und Gutbefinden gesonnen / weil die andringende Noth keinen so langen Verzug dulden wil / daß Wir in dem Ausschreiben den gewöhnlichen Termin der 6. Monatlichen Frist / dem Herkommen gemess observiren könten zc. auff den 8. Junii dieses 1662. Jahres / und also innerhalb 4. Monaten in Unser und des H. Reichs Stadt Regenspurg &c. zuhalten. Concidit proinde reapse haecenus Dissidentium opinio, quos inter Wurmsen Exerc. 7, P. 7, tb. 2. Becker. l. 4. 7. P. c. 1. n. 3. & novissime Hermann. Hermes in fascic. 7. P. c. 36. n. 21.

APHOR. XIV.

Non ergò datur Status Imperii sine sessionis & suffragii Jure.

Hoc Jus, quia de essentia Status est, ejusque verus character, nunquam potest ab Imperii Cive abesse. Nam contradictionem aliàs involveret manifestam, esse Statum Imperii, nec tamen Jus Sessionis & suffragii obtinere. Hic iterum Limnaeus tom. 1, addit. ad Lib. 1. 7. P. c. 7. n. 96. circ. fin. contrariae videtur esse sententiae, quando tradit, votum & sessionem accidentia tantum esse Status, quae adesse & abesse possint, salvâ Status essentia: Sed quam benè hoc ipse statuatur, ex supra modò dictis satis patere opinor; Et quamvis nonnulli obtinendae istius sententiae distinctionem hanc adferant, quòd Status Imperii veniat vel sub acceptione lata & generali, ita ut omnis ille sit Status, qui in matriculâ invenitur, licet non habeat Jus suffragii; vel sub strictâ & speciali, quâ significatione illos tantum censerî Status Imp. qui votum & sessionem in Comitibus habent: Et hac distinctione quoque post alios utitur Limnaeus tom. 2. addit. ad l. 1. 7. P. c. 7. n. 65. attamen distinctionem illam, cum nullum in textu aut ratione Juris publici fundamentum habeat, confictam esse citra necessitatem, quis vel leviter cognitione Juris publici imbutus non animadvertat; praesertim cum hoc loco propriè Statum
Impe-

Imperii considerem, non ita abusivè & improprie, uti illi faciunt: Mihi sanè perindè absurda esse videtur hæc propositio: *Datur Status Imp. sine jure suffragii*: atque illa: *Datur homo sine rationalitate.*

APHOR. XV.

Nec Statibus Imp. oppidò accensendus erit Princeps vel Comes, cujus pater (vel etiam solus frater) ut Status Imper. territorio adhuc præest.

Fluit hic aphorismus ex suprà dictis *aph. 9. & 11.* Et quemadmodum apud Aristotelem hi non dicuntur veri Cives, qui spe tantum & de futuro sunt tales, vid. Piccart. *Comm. in Pol. Arist. l. 3. c. 1.* Ita nec hi veri Status Imp. nomen sibi arrogare possunt, qui spem tantum habent ad Jus Comitiorum. Proindè rectè, meo quidem judicio, Legatus quidam in Comitiiis aliquando dixit: *Es sey wissend, daß im H. Röm. Reich die Fürstl. dignität/ sessiones & vota nicht der Person / sondern dem Lande inhæriren und anhangen; wie denn die exempla bekandt / daß viel Fürsten von alten Fürstl. Häusern / weil sie nicht regierende Fürsten / noch mit Land und Leuten versehen / keine Session und Stimme haben.* Quæ verba adducit Limn. *tom. 1. addit. ad L. 1. J. P. c. 7. n. 96.* Nam tunc demum talis nativitate Princeps aut Comes legitimam *suo nomine* standi in Comitiiis habet personam, quando in territorio, quippe cui suffragandi Jus adhæret, successit: Non secus (*dummodo res parvas liceat componere magnis*) ac in Principum ditioribus, ubi nativitate Nobilis non prius ad Conventus Provinciales, *Land-Tage* vocatur, quàm prædium Equestre obtineat. Notanter modò dixeram, *suo nomine*: quia alieno nomine, atque ex mandato E. G. Fratri pro fratre gaudente Jure Comitiorum, in Comitiiis comparere, ibique sessionem & votum obire, haud dubiè permissum. Vid. *Autor. Comitologia Ratispon. part. 3. disp. 3. n. 34. seq.* Pari modo Principi appannagiato licitum est Comitiiis interesse, atque Jure suffragii defungi, sed non nisi alieno nomine sufficientique mandato instructo; *ratio*, quia nec hic est in

est in classe Statuum Imperii, frustra dissentiente Mylero de Prin-
cip. & Stat. Imp. c. 93. ibi: Hinc Principes &c.

APHOR. XVI.

Sola vocatio ad Comitiam characterem Sta-
tus Imperii non constituit.

Nulla enim est consequentia: *Vocatur quis ad Comitiam. E. est
Status Imperii.* Quia multi non modò immediati, sed me-
diati quoque interdum convocantur, non quidem in eum finem,
ut suffragia ferant, sed ad alium effectum, quod facilè accidere
potest ex variis causarum figuris. Deinde multos etiam non-
nunquam ex errore vocari solere, qui vocari minimè deberent,
omissis necessariò vocandis, satis jam dudum conquestus est Dn.
Conring. in *Disp. de Germ. Imp. Civ. th. 50.* cuius rei manifestum
in præsentibus Comitibus præbuit nobis exemplum Civitas Mag-
deburgensis, quæ licet inter Status Imp. non numeretur, tamen
ex errore ad Comitiam vocata, eaq; propter ipsius Imperatoris De-
creto Cassatorio sub dato Viennæ d. 13. Jan. an. 1663. à Jure Comi-
tiorum exclusa fuit, testantibus ipsis Communicatis Comitiali-
bus & scripto quodam in lucem publicam nuper an. 1665. emisso
sub tit. *Fernerweitiger Bericht in Sachen des Primat- und Erh.
Stifts Magdeburg contra die alte Stad Magdeburg* &c. Econtra-
rio nec hæc vera est propositio: *Qui non semper vocatur ad Comitiam,
non est Status Imp.*; Nam Rex Bohem. est ex Ordinibus Imperii, nec
tamen semper ad Comitiam vocatur. Imò Regem Bohem. pro Statu
non habendum, quamplurimi reclamant, propterea, quòd planè
non vocetur ad Comitiam, & inter eos sunt Arum. *de Comit. c. 4. n.
43. sqq.* Reink. *l. 1. cl. 4. c. 3. n. 35. sqq.* Becker. *l. 3. Syn. Jur. Publ.
c. 7. n. 11.* Wurmser. *Exerc. 9. J. P. th. 3.* Hic non opus habeo
distinguere cum nonnullis inter Statum latè & strictè acceptum,
quia hæc distinctio nullius est momenti. *vid. apb. 14.* Sed dico
cum optimo meo Doctore Dn. Strauch. in *Disert. Exoter. 2. th.
12. in fin. cum sufficit, ut civis quis sit, suffragii saltem in certo con-
sultationum genere esse participem, nec necesse omnium Comitiorum
deliberationibus interesse, non video, quâ ratione Bohemia Rex, qui*

C

con-

consultationi reliquarum gravissima & maximè ardua (puta Comitibus
Electoralibus, Wahl-Tag) adhibetur, ex numero Civium excludi
queat. Hisce addi potest & hæc ratio, quia Rex Bohemiarum Ele-
ctor est, Status quoque erit Imperii: Nemo enim Elector esse
potest, nisi simul sit Status Imperii, Limn. tom. 2. addit. ad L. 1.
J. P. c. 7. n. 79. Labet etiam huc apponere elegantissima Lam-
padii verba, ad præsentem rem maximè facientia, quæ habet l. 3.
de Rep. Rom. Germ. c. 8. §. 6. *A Jure suffragii Electoralis in Comi-
tibus Universalibus plerique Bohemum secludunt, eumq; non vocari tra-
dunt, hinc rei incertus suspicari cæpi; Bohemiarum Regem, qui propriis
Regni legibus, non communi Imperii Jure vivit, frustra iis Comitibus
interesse, in quibus nihil, quod Bohemiam attingat, pro tempore
statuitur: Vincere autem, si de bello Imperii nomine suscipiendo, vel
rebus, quæ unâ Bohemiam contingerent, decernendum foret, Bohe-
mi quoque præsentiam esse requirendam.* Hucusque Lampadius.
Ad quæ haud incongruè conferri potest R. I. Norimberg. de ann.
1522. §. damit nun solche Hülffe. 1. Manet ergò firmissimum,
Regem Bohemiarum Statuum Imp. numero censerî, utpote ab ipsis
Electoibus atque Principibus Imperii in responso Pragenfi an-
no 1610. Matthiæ Hungariæ Regi dato, expressim sic appellatum,
ibi: Weil der König von Böhemb ein Stand des Reichs. add.
Gevvold. de S. R. I. Septem Virat. c. IX. in fin. Limn. l. 3. J. P. c. 8. n. 23.

APHOR. XVII.

Nec pro charactere veri Status Imperii ha-
benda est solutio collectarum, quæ immediatè
fit Imperio.

Nam quicquid potest modò adesse modò abesse, illud non
ingreditur essentiam alicujus rei, sed est illius accidens: Nunc
autem, licet Status quidam solvant contributiones seu colle-
ctas, reperire tamen etiam licet quosdam, qui nihil contribu-
unt. Et ut sunt quidam Status Imperii nihil contribuentes Im-
perio, de quibus vid. Limn. l. 1. c. 7. num. 97. ita contrà multi
solvunt collectas, (quamvis voluntarias) qui tamen non sunt
Status, e. g. Nobiles immediati. Vid. Conring. d. disp. de Germ.
Imp. Civ. lib. 51. Nolden. de Nobilit. c. 17. n. 72. & 78. Deinde
non

non dubito asserere, solutionem Collectarum à Statibus Imperii fieri, non quatenus sunt Status, sed quatenus possident bona immediata. *Vid. R. I. de ann. 1548. §. wiewohl auch. 66.* Quemadmodum autem Status sunt & dicuntur tales, non quatenus bonis immediatis, sed quatenus Jure Comitiorum gaudent, (*licet hoc jus annexum sit illis bonis, ut supra dictum*) ita collectarum solutio non competit Statibus, ut talibus, sed ut immediatis Imperii subditis. Hinc peradpositè ex Petr. Wesenbecio Wehner. *in obs. pract. voc. ohne Mittel dem Reich unterworffen. in pr.* loquitur: die Reichs-Anlagen / so solches privilegium oder requisitum immediatæ subjectionis mit sich auf dem Rücken trägt / und gleichsam correlativa gegen einander seyn etc. Malè ergò à plerisque, Jus publicum qui tradiderunt, solutio collectarum Imperialiū inter notas seu characteres Status Imp. essentielles refertur, qua in sententia deprehendo quoq; *Gail. l. O. 21. n. 2. Otton. de J. P. c. 17. p. m. 565. Becker. l. 3. Syn. Jur. Publ. c. 2. n. 4. & alios.*

APHOR. XIIX.

Relatio in matriculam Imperii veri Status Imperii characterem minimè arguit.

Quia (1.) immatriculatio non est de essentiâ Status. Nam præterquam, quod in multis Rebus publ. nulla habetur matricula, ex mente Conringii *disp. de Germ. Imp. Civ. th. 9.* dicendum erit, ante illam matriculam Imperii nostri, quam Imperator Sigismundus ann. 1431. conscribi jussit, ne ullius quidem matriculæ extare memoriam in Republ. nostrâ; quis autem exinde concludat, ante illam Sigismundi matriculam nullos fuisse Status Imperii? *Vid. Myler. de Stat. Imp. c. 9.*

(2.) Inscriptio matriculæ præsumtionem saltem pro Statu inducit, adeòque probabile tantum tribuit argumentum. *Gail. l. O. 21. n. 4.* Cujus rei causa hæc esse videtur, quòd multiplex detur matricularum varietas atque error, adeoq; nulla ab omnibus ut perfecta & authentica sit recepta, ne quidem illa *de anno 1521. WORMATIÆ elaborata, (licet dissentiat Wurmser. Exerc. 1. J. P. in fin.)* Siquidem de eâ Status sæpè conquestos fuisse patet ex *R. J. de ann. 1548. §. nach dem auch. 69. & §. di weil auch. 73.* Deque
C 2 illa

illa emendanda atque perficienda expressè cautum fuit in R. I. de ann. 1570. §. wann daun darbey. 3. R. I. de ann. 1571. §. zum anbern. 3. §. 38. R. I. de ann. 1576. §. demnach wir ferner. 83. R. I. de ann. 1582. §. wann nun eben. 2. §. R. I. de ann. 1594. §. demnach wir auch zum fünfften. 106.. Conf. Conring. d. loc. th. 49. Perperam itaque sentiunt, quicumque solam matriculæ insertionem (*quæ nudum est accidens*) pro verâ Status Imperii notâ habent, eaque propter definitioni Status eam inserunt. Diss. Limn. l. 1. c. 7. n. 91. *ibiq;* in addit. tom. 2. Hermannus Hermes in Fascic. 7. P. c. 5. num. 6. §. 8.

APHOR. XIX.

Neque etiam veri Status Imperii characterem constituit redactio in Circulos.

In decem Circulos Imperium nostrum, (quamvis non totum) hodiè esse divisum, constabit ex iis, quæ habet Limn. l. 1. c. 7. n. 26. *ibiq;* in addit. tom. 2. Dn. Strauch. Dissert. Exoter. 1. th. 4. Jam autem si quærat, (1.) An omnes illi, qui in circulos fuerint redacti, eorumque archivo inscripti, Statibus Imperii sint annumerandi? Dicendum quod non; *Ratio*; Multos in Circulos videas relatos, qui Status non sunt; exempla vid. apud Limn. l. 1. c. 7. n. 36. §. tom. 1. addit. ad d. l. n. 26. Dn. Strauch. d. Exerc. Exoter. 1. th. 6. Quamvis aliquo modo dissentire videatur Reinking. l. 1. cl. 4. c. 2. n. 8. (2.) An etiam omnes illi, qui in Circulis non numerantur, pro Non-Statibus Imp. habendi? Hic iterum negativè respondendum; *Ratio*; Rex Bohemiæ nulli annumeratur Circulo, neque etiam peculiarem aliquem constituit, ut rectè contra Goldastum demonstrat Dn. Strauch. cit. loc. th. 4. Nihilominus tamen est Status, ut dixi suprâ. Fallunt itaque hæ propositiones; *O. Status redactus est in Circulos*: Et: *Quicumque redactus est in Circulos, ille est Status*. Manet autem firmum, quod aphorismus habet, numerationem in Circulis non esse veram notam seu characterem Status Imperii. Contrâ minus rectè videtur statuere Dieteric. ad A. B. tit. 7. voc. Reges Bohemia, quando vocari ad Comitiam, solvere collectas Imperii, relatum

latum esse in Circulos veras Status notas appellat: Quò etiam ex parte inclinatur Limn. l. 1. §. P. c. 7. n. 90.

APHOR. XX.

Non etiam valet consequentia; Recessibus Imperii non subscripsit, E. non est Status Imperii.

Olim subscriptio Recessuum non statim videbatur arguere Statum Imperii, prout demonstrat Dn. Conring. *de Germ. Imp. Ci. 1b. 42.* Nec subscriptio Statuum seculis præteritis adposita fuit omnibus Imperii Recessibus: Ita à Carolo M. ad Carolum usque IV. nullarum Civitatum in subscripionibus Recessuum Imper. mentionem fieri ex Caninio observavit Limn. l. 9. §. P. c. 1. n. 211. Huc accedit, quod in R. J. *de ann. 1525.* Comitum nomine nulla reperitur subscriptio; Unde consequens est, solam atque nudam subscriptionem, quæ partim manca, partim erronea fuit, ad arguendum Statum olim parum vel nihil fecisse. Hodiernis moribus res paulum aliter se habet, cum ad subscriptionem istam nemo admittatur amplius, nisi sit de numero Statuum: Interim tamen non est necessaria illatio: *Status est Imperii, E. Recessibus subscripsit:* Nam Status aliquis in his vel illis Comitibus, neque per se neque per Legatum forte comparens, non potest subscribere, & tamen est atque permanet Status Imp. unde simul patere opinor, multò minus istam illationem procedere, quæ in aphorismo habetur? Nam Rex Bohemiæ ab annis quasi ducentis Decretis Imperialibus non subscripsit, & tamen est Status. Vid. Dn. Strauch. *Diff. Exoter. 2. 1b. 12.*

APHOR. XXI.

Quemadmodum matricula Imperii non tribuit infallibile argumentum ad inferendum Statum Imperii: ita nec catalogus Quatuorvirorum.

C 3

Supra

Supra in aphor. XVIII. dictum, quantum ex insertione matriculæ sit colligendum: De Catalogo Quatuorvirorum si jam quis quærat, an illi omnes pro veris Statibus Imperii habendi, qui inibi continentur? Dicendum quod non. Est autem Quatuorvirorum iste Catalogus, quo Status Imp. in quaterniones divisi, alius quem exhibet P. de Andlo *l. 1. de Rom. Imp. c. 16.* alius à Goldasto *tom. unic. Constit. Imp.* insertus; De utrisque hisce tum ratione Originis, tum etiam finis diversæ diversorum sunt opiniones non minus atque de origine Electorum: Quidam enim Quatuorviratus originem adscribunt Ottoni II. quidam Ottoni III. alii Carolo IV. Sed quicquid sit, meum hîc non est aliquid definire. Interim tamen non placet quorundam de hac Statuum divisione Judicium, quando eam ineptum planè & anile otiosorum hominum commentum appellant. Nam licet ea multis laboret nævis, quod quivis facilè largiatur (neque etiam matriculam hodiernam perfectam habemus) ita ut non possit inferri: *Reperitur quis in Catalogo Quatuorvirorum. Est Status Imperii;* attamen omni statim fundamento eam privare atque autoritate, id perquam violentum mihi videtur. Siquidem satis notorium est per totum Imperium, Illustrissimos Comites Schwarzburgenses, *Dominos meos Gratosissimos,* per longam annorum seriem in publicis & privatis literis sermonibusq; pro membro Quatuor Comitum Imperii, *der Vier Grafen des Reichs/* habitos, atque eo nomine compellatos fuisse. Quin imò ab ipso Imperatore Maximiliano II. & Statibus tali nomine expressim insigniuntur, ut patet ex R. J. *Erffordia celebrato de anno 1567. s. Darauff Wir nach Ausweisung/* i. quo ipsi etiam Illustrissimi Comites utuntur in subscriptione Recessuum. Quibus accedit, quod in vetustis monumentis videre liceat, ab Imperatore Maximiliano I. in Comitibus August. Vindelic: *de anno 1518.* Illustrissimorum Comitum in Schwarzburg dignitatem per tale edictum fuisse confirmatam, ne ipsis eorundemque heredibus atque adeò toti Ipsorum posteritati in quibuscunque Comitibus S. R. I. Statum illum ac dignitatem, in qua versati Quatuor Comites Imperii sunt, ullus unquam ambigam reddat, sed potiùs tutelæ eosdem suæ habeant commissos, quo eminentiâ hac assiduo

duè & absque ullius contradictione uti possint: Quod edictum XX. Septembr. Cæsareo sigillo munitum, postea anno 1566. ab Imp. Maximiliano II. mox anno 1576. ab Imp. Rudolpho ac denique ab Imp. Matthia an. 1612. repetitum atque denuò confirmatum fuit. Quis igitur jam dicat Quatuorviratum istum omni carere fundamento nullamque mereri fidem atque auctoritatem in Imperio? Huc omninò confer, quæ habet *Limn. l. 1. c. 7. n. 39. & seqq. ibid. in addit. tom. 1. & 2.*

APHOR. XXII.

Dividuntur Status Imperii in tres classes: I. Electorum. II. Principum. III. Civitatum Imperialium.

Hæc divisio videtur optima, nec est, quod ita varietur, ut modò fiat in tres, modo in septem classes prout facit Otto *in J.P. c. 17. & 18.* Ideò autem Status in tres Classes dividuntur, quia in Comitibus per tres hæc classes, Senatus, Reichs Råhte/ suffragia feruntur. Sed tamen magnum est discrimen Statuum ratione Juris suffragandi; Quidam enim majori dignitate & auctoritate valent cæteris. Ita Electores juxta ordinem à Carolo IV. *in A.B. tit. 4.* præscriptum viritim suffragia ferunt, & quidem quatenus sunt Electores; Sunt itaque inter Status potissimi, Unde vocantur die vornehmsten Glieder des Reichs. Capitul. Ferdin. III. *art. 17.* item: Die Haupt-Säulen des Reichs. d. capitul. *art. 46.* & Capit. Leopold. *art. eod.* Deinde quoad Principes, (*quorum appellatione, generaliori licet, non tantum Ducis, Principes in specie sic dicti, Marchiones, Landgravii, Burggravii, & cum primis Episcopi, Abbates & Prelati, &c. Sed etiam Comites & Barones continentur*) magna quoque, ratione suffragiorum, intercedit differentia; Cum enim singuli Principes singula ferant suffragia, Prælati universi in duo scamna divisi, duobus tantum gaudent votis. *Limn. tom. 2. addit. l. 9. c. 1. n. 143.* Comites verò & Barones, olim quidem in duas tribus seu scamna, Wetterauische und Schwäbische Bancf divisi, etiam duorum tantum suffragiorum Jus & quidem ab anno 1559. habuerunt; sed postquam illis in Comitibus

Ratis-

Ratisbon. de anno 1641. per Decretum Imperiale (quod exhibet
 Limn. tom.1. addit. l.9. c. 1. n. 143.) tertium scamnum nempe
 Franconicum (Hi Franconici Comites per 80. annos jus vo-
 tandi & sessionis ex incuriã majorum non exercuerunt;) & in-
 nuperis Comitibus de anno 1654. quartum, puta Comitum West-
 phaliã & inferioris Saxonie accessit; quatuor quoque iis hodiẽ
 competunt vota, conf. Limn. tom.2. addit. ad d. loc. add. *Aut. Co-
 mitiolog. Ratisbon de anno modo eit. part.3. diss.4.n.83.* Quantum
 ad III. classem seu Senatam, Civitatum scil. Imperialium; dividi
 ea solent in duo scamna, die *Reinische und Schwäbische Banck*;
 Harum civitatum singulã in suo collegio seu Senatu per Legatos
 suffragia ferunt, & ex his facto concluso aliquo cum Electorum
 atque Principum concluso id conferunt, quod votum (*Es hoc de-
 mum rectè unicum dicitur*) jure meritoque decisivum audit. *In-
 strum. Pac. art 8. § 3. ibi: tam in universalibus &c.* Reink. l.1. cl. 4.
 c.20. n.30 seqq. *Wurmser. Exerc.7.P.7.tb.5.* Quid verò est, quod
 tradunt nonnulli, competere Civitatibus hisce Jus duorum suffra-
 giorum? Hoc se non intelligere, jam dudum de semet professus
 est Lampadius l.3. de Rep. Rom. Germ. c.8. §.11. Sed si dicatur, re-
 spicere illa duo Vota ad Deputationes, vel *Ausschüsse* / non sanè
 erroris quem argui posse putaverim; ita enim dicit *Aut. Comiti-
 olog. Ratisbon. supr. cit. loc. n.85.* In Deputationen oder *Ausschüs-
 sen* haben die Städte alle mehr nicht als zwey Vota; aber in ihrem
 Rath votiret ein ieder für sich selbst.

APHOR. XXIII.

Pro Civitatibus Imperialibus colossus seu
 Statua Rolandina nequaquam indubitatum est
 signum libertatis.

Animadvertere licet in multis Germaniã urbibus Statuas
 five Colossos, quos vocant *Rohland*; De horum appellatione
 atque origine solliciti sunt Autores, cum primis Historici. Tradit
 enim *Cuspin. in Carolo M.* Colossos illos in honorem Ducis Ro-
 landi, Caroli M. ex sorore Berthã nepotis, ob præclare navatam
 in expugnandis Saxonibus operam, positos esse. Verum asser-
 tionem

tionem hanc fabulæ quàm veritati similiorem appellat Dn. Conring. in *Disp. de Urb. Germ. tb. 71. & seq.* per adductas ibidem rationes, quas huc transcribere integrum non est. Subjicit tamen inibi ex *Goldasto Dn. Conring. tb. 72.* Rolandi nomen non est proprium aliquod, sed appellativum, qf. dicas *Rügeland/* Compositum ex vocab. *Rügen/* quod est veteri idiomate germanico, causam suam proponere, & diligenter ponderatis cujusque litigantium partis argumentis sententiam pronunciare, & *Land/* seu districtu: ut ita statua Rolandina significet signum, per quod notatur ibi esse forum publicum causarum, Jurisdictionem, seu malum publicum. *Hæc Goldastus.* Ex quibus valdè dubia redditur sententia *Kranzii Sax. lib. 10. c. 2. & D. Wachmanni apud Limn. vol. 1. addit. ad l. 7. c. 7. n. 1.* Statuam illam Rolandinam pro indubitato libertatis documento atque signo habentium: Imò si exinde Civitatum asserenda esset libertas, dicendum foret, omnes illas Civitates quæ habent talismodi Colossum, libertate gaudere, quod absurdum: Habent enim illum multæ quoque Civitates Municipales, ut *Servesta, in Marchiâ Kinsperga, Prinslavia, Stendelia &c.* Quemadmodum in contrarium sic quoque absurde quis inferret: *Hæc vel illa Civitas non habet ejusmodi statuam, E. non est Imperialis.*

APHOR. XXIV.

Quicumque gaudet Jure Sessionis & suffragii in Comitibus (seu Jure Comitiorum) ille etiam Jure Superioritatis gaudeat necesse est.

Hoc Jus Superioritatis aliàs vocatur etiam Superioritas in specie, Jus territorii, Superioritas vel excelsitas territorialis &c. German. pro qualitate subjecti, cui adhæret, dicitur modò *Die Landes-Fürstl. Obrigkeit/* modò *die Landes Hohe Obrigkeit/* vel *die Landes Hoheit und Herrligkeit/* cujus definitionem & quomodo differat à Regalibus, à mero Imperio, ab omnimodâ Jurisdictione, & aliis, vid. *Myler. de Stat. Imper. c. 36.* aliosque. Fluit autem hæc Superioritas necessariò ex Jure Comitiorum, in tantum, ut Status Imperii non detur nisi habeat simul illud Jus Superiorita-

D

riorita-

rioritatis. Hoc enim Jus affectionem esse propriam & essentielle
consecutivum Status Imperii, satis mihi persuasum dedit Ma-
gnific. Dn. Strauch. *Dissert. Exoter. IV. tb. 22.* Nec ineleganter
dicit non nemo, habere se ad invicem illa duo Jura instar relato-
rum, ita ut positâ vel negatâ qualitate Status, ponatur vel negetur
Jus territoriale & vice versâ. Excluduntur itaque ab hoc Jure
omnes, qui non sunt in Statuum numero. Nam sicut in illis,
quæ solius sunt Imperatoris, nulla est Statuum superioritas; ita
contra ex iis, in quibus Imperatoris & Statuum communis est
per suffragia territorii innixa Jurisdictio in Comitibus, Superiori-
tas Statuum unice petenda est. Vid. Lampad. *p. 3. c. 3. §. 13. & seqq.*
Notandum præterea Superioritatem hanc territorialem sine ter-
ritorio fundari haud posse, vid. *supr. aph. 9.* adde Reink. *l. 1. cl. 5. c. 2. n. 6. & seqq.* pariter ac Jus suffragii quod ratione ditionum im-
mediatarum competere dixi. Et cum Superioritas ista tanquam
totum aliquod potestativum, ex multis constet particularibus
Juribus, ut partibus potentialibus; operæ pretium esse duxi,
paulò infra unum atque alterum paucissimis attingere.

APHOR. XXV.

Superioritatem territorialem Civitatibus
Imperialibus nemo ex sanâ ratione negaverit.

Cum Civitates Imperiales Statibus Imperii annumerentur,
necesse est iis quoque competere ea jura, quæ necessario ex Jure
Statuum promanant. Et quamvis antehac Civitatibus illis hoc
jus territorii, quod in ipsas non cadat Jus, nomine *Lands-
Fürstl. Obrigkeit* veniens, subtrahere summo studio annisus fuerit
Andreas Knichenius; tamen quia nomine potius quam re ipsâ ad id
absurdi fuit commotus, meritò ejus sententia jamdudum fuit ex-
plofa. Vid. *Wehner. observ. præf. in voce Lands-Fürstl. Obrigkeit.*
pag. m. 462. Reink. *l. 1. cl. 5. c. 5. per tot.* Limn. *l. 7. c. 1. n. 50.* Wurm-
fer. *Exerc. 3. J. P. tb. 18.* Quibus accedit publica Imperii decisio,
quæ habetur in Instr. Pac. Cæsar. Suec. *art. 8. §. 4.* in quibus ver-
bis, cum circumlocutione quâdam prolatis, licet ipsum vocabu-
lum

lum Superioritatis territorialis non reperiatur, tamen res ipsa extra omne dubium continetur: De re autem cum constet, frustra est de verbis Disputatio.

APHOR. XXVI.

Nobiles autem Imperii immediati, cum non sint Status, nec possunt gaudere superioritate territoriali.

Olim hosce Nobiles Franconicos, Suevicos & ad tractum Rheni habitantes, Statuum fuisse numero tradunt Reink. *l. 1. cl. 5. c. 10. n. 8.* Rumelin. *ad A. B. diss. 1. tb. 12.* Wurmser. *Exerc. 1. 7. P. 1b. 17.* Sed secus est hodiernis moribus; non enim compotes sunt Juris Comitiorum, ne quidem si conjunctim eos consideres, licet dissentiant *Autor Decis. Camer. Sixtin. Math. Stephani.* Nec quicquam argumenti tribuere illis potest collectarum solutio, per ea quæ supra *aph. 17.* dixi. Huc conf. *Limn. l. 6. c. 3. per tot.* Quoniam itaque Nobiles isti Ordinibus Imperii minimè accensentur, consequens est nec Juris Superioritatis illos esse participes. Nunquam enim mihi persuaderi patiar, sufficere immediatum saltem Imperii esse, ut Juris Superioritatis quis sit capax: Hoc aliàs si esset, non tantùm Nobiles immediati, sed cæteri quoque omnes, qui non essent Status, immediati tamen subditi, gauderent hac Superioritate: Quo nihil dici posset absurdius. Ac quamvis Regalium Jure, Jurisdictione, imò aliis privilegiis haud exiguis polleant, ut jure Austregarum &c. tamen ea omnia non jure territorii seu superioritatis, sed partim personali jure, vi investituræ, partim ex speciali privilegio, vel etiam præscriptione habent. Et Regalia quidem, collectim licet sumta, Jdictionem territorialem nunquam constituent, cum sint maneatque effecta hujus; Effectus autem quamvis collectim sumti, non sunt ipsa causa. Ita Magnif. Dn. Strauch. *diss. exot. IV. tb. 22.* Nec Jus Austregarum, quòd habent Nobiles, Superioritatem aliquam arguere potest; quia id non territorio, sed personæ cohæret, *vid. aph. seq.* Dissentientes habeo Wurmser. *Exerc. 3. 7. P. 1b. 19.* Reink. *l. 1. cl. 5. c. 2. n. ult.* Becker. *l. 3. Syn. 7. P. c. 10. §. 5.* Myler *de Stat. Imp. c. 36. in fin.*

D 2

APHO-

Malè à quibusdam Jus Austregarum Statibus Imperii, ut talibus, competere dicitur.

Ita videtur statuere Dn. Otto d. 7. P. c. 17. p. m. 567. Dicuntur Austregæ à Germ. voce *Austragen*/ quod scil. lites coram istis Judicibus componantur & decidantur, Frid. Mindan. d. *Process. l. 1. c. 16. n. 1.* Originem istarum tradit Dn. Conring. in *Disp. de Judic. Imper. Germ. l. b. 53.* Rectè autem inter judicia compromissoria referuntur, cum expressè audiant die *sonderliche gewillfährte Rechtliche Austräge in Ordin. Cam. p. 2. tit. 2. §. 1.* Vocantur etiam privilegiatæ instantiæ, quæ non absque ratione introductæ; cum enim mediatè Imperio subjecti plures instantias, quibus jura sua urgere poterant, haberent; indignum visum fuit, immediatos Imperii subditos deterioris esse conditionis, atque unicam tantum instantiam coram supremo Camera judicio eisdem competere; proinde Imperatoris atque Statuum consensu constitutum in *Ordinat. Camer. p. 2. tit. 2. seqq.* ut subditi immediati (*licet non omnes*) primæ instantiæ loco coram Judicio Austregarum forum fortiantur. Si itaq; ratione solum immedietatis his competit privilegium, proclive erit inferre, Statibus Imperii, q̄. talibus, id haud competere; Ita jure Austregarum gaudent Nobiles immediati, qui tamen Status non sunt: Contrà verò Status quosdam reperire licet, Austregarum minimè participes; Nam Civitates Imperiales isto privilegio non gaudent, exceptis paucis quibusdam, quæ illud vel ex speciali privilegio, vel ex longissima temporis præscriptione habent. vid. *Gail. 1. obs. 1. n. 20.* *Reink. l. 2. cl. 2. c. 16. n. 12. seqq.* Firmum itaque manet, competere Jus Austregarum ratione immedietatis non tam rei, quam personæ; *Ratio*, quia jus Austregarum non territorio, sed personæ cohæret, ut suprà dictum; quod probari inde potest, quoniam sufficit Principem sanguine esse, si maximè Principatum possideat nullum, ut fruatur hocce privilegio, Mindan. *l. 1. de Process. c. 19. n. ult.* Add. Autor *Comitiolog. Ratisbon. part. 5. pag. 409.*

Superioritas territorialis ex multis constat
juribus Statuum Imperii, inter quæ potestas
condendi Leges provinciales.

Suprà dictum in fin. *apb. XXIV.* Superioritatem territo-
rialem, ut totum aliquod potestativum, multis juribus particu-
laribus, ceu potentialibus partibus, constare; Notanter autem
cum adjectione Superioritas territorialis vocatur; quia superio-
ritas simpliciter dicta nonnunquam summa potestas civilis intel-
ligitur. *Instr. Pac. Cesar. Gallic. §. 74.* Et quando superioritas
Statuum, simpliciter superioritas vocatur, semper id intelligen-
dum est cum respectu ad territorium; Nam alia est Superioritas
Imperialis & absoluta, alia territorialis & respectiva. vid. Reink.
l. 1. c. 5. c. 2. n. 14. & seqq. Vi ergò hujus superioritatis com-
petunt Statibus Imperii quàmplurima jura, de quibus accuratè
tractantes vid. *Limn. l. 4. c. 8. Myler. tract. d. Princip. & Stat. Imp.*
eorumq; juribus, & alios. Inter ea est potestas ferendi LL. pro-
vinciales, modò leges hæ juri communi, s. Recessibus atque
Constitutionibus Imperii sint consonæ, aut certè de iis promul-
gentur causis, quæ per Recessus Imperii nondum sunt determi-
natæ, (quamvis hic cum *Knichenio* dissentiat *Limn. cit. l. c. n. 253.*)
Ratio; quia jus commune, quod non nisi cum assensu Statuum
in Comitibus fit, ita approbatum semel, amplius displicere eis non
potest, *per jura vulgata*: Nisi tamen in promulgatione novi ju-
ris, protestando caveant, ne juri in suis territoriis jam constitu-
to novellæ constitutiones derogent, id quod facere solere Sere-
niss. Saxonix Electorem in Comitibus pro conservando jure Sa-
xonico, ex *P. Heigio* tradit Magnif. Dn. *Strauch. in Dissert. de Sta-*
tut. à summ. Princip. 1b 6.

An autem potestas hæc ferendarum Legum Statibus Impe-
rii competat dependenter, an independenter, non satis conve-
niunt Juris publici Doctores. Mihi placet pro dependentia sta-
tuentium sententia, quæ ita probatur: Potestas illa Statibus
Imperii competit, in quantum sunt, v. g. Comites, Duces & de-
inceps; jam verò, quia dignitates illas cum territorio & annexa

territoriali potestate, ab Imperatore in feudum accipiunt, dici aliter non potest, quàm quòd potestatem hanc ferendarum LL. habeant dependenter; ita etiam Dn. Strauch. *modò citat. loc.* & Dn. Conring. *in Observ. ad Lampad. l. 3. c. 3. §. 5.* Sed quid si Status aliquis Imperii alterius Status LL. provinciales in suo territorio recipiat, an hoc potestati LL. condendi quicquam denegaverit? Minimè; perinde enim est, si Status ipsemet in suo territorio LL. condiderit, si ab aliis latas liberè (*non invitè*, quod subjectionis signum foret) receperit, & per observantiam sibi quasi appropriaverit; Ita nec Majestati alicujus populi vel principis derogat, Leges aliunde admittere, prout eleganter demonstrat Autor Jur. inter gentes *part. 2. sect. 2. §. 5.* Add. Dn. D. Cellarius, *Affinis meus perquam honorandus libr. 2. Politic. c. 8. §. 7.*

APHOR. XXIX.

Jure foederum quoque gaudent Status Imperii vi superioritatis territorialis.

Et id quidem habent ad conservandam pacem publicam, Imperii salutem, ac pro defensione corporis & bonorum: Hinc saluberrimè cautum in Instrum. Pac. Cæsar. Suec. *art. 8. c. 2.* his verbis: *Cum primis jus faciendi inter se & cum exteris fœdera, pro sua cujusque conservatione ac securitate singulis Statibus perpetuò liberum esto, ita tamen, ne ejusmodi fœdera sint contra Imperatorem & Imperium, pacemq; ejus publicam &c.* Proclive hinc est intellectu, foederum jura, si qua competunt iis Imperii subditis, qui non sunt Status, non competere vi superioritatis, sed vel ex speciali privilegio, vel etiam ex præscriptione. vid. Coler. *de Jur. Imper. Germ. sect. 41. 42. 43.* Ita Civitatibus Hanseaticis, inter quas plurimæ sunt Municipales, permissum est fœdera pangere, sed non nisi ex privilegio vel præscriptione; cum quat. tales, non sint in Statuum numero; Idem etiam dicendum de Nobilibus immediatis, quibus (*posito, quod ex quorundam sententia fruuntur jure foederum*) non aliâ ratione illud jus competere potest; Si verò illis simpliciter & quat. immediatis, vel etiam ratione superioritatis, quæ ipsis affingitur, tribuat quis jus foederum (quod
facere

facere videntur Wurmser. *Exerc. ult. 7. P. tb. 79.* Myler. *de Stat. Imp. c. 17. in fin.*) is manifestum errorem haud effugerit.

APHOR. XXX.


Nec minus superioritatis partes sunt jus mittendi Legatos (a) Jus belli gerendi (b) atque alia (c) quæ jure meritoque Characteribus Statuum sunt annexa.

(a) Hic præmittendum, vocabulum *Legatus* genericè acceptum, (quantum in præsens) comprehendere in se Ambasiatores vel Ambassadors, & Legatos in specie sic dictos: Ambasiatores (de cujus vocis Etymologia vid. elegantissima ap. Besold. in *Thesaur. Pract.* & Magnif. Dn. Strauch. *Disf. Exot. 7. tb. 4.*) vocantur regulariter illi, qui missi sunt ab eo, qui supremâ pollet potestate; Monet tamen Dn. Conring. in *Disf. de Legatis. tb. 6.* recentissimo usu non omnes à supremis potestatibus publicorum negotiorum causâ missos Ambassadors audire, sed solos illos, qui majoris censeantur dignitatis. Legatos in specie sic dictos mittunt Status Imperii vi superioritatis; & hi vocantur in Comitibus der Stände Gesandten und Botschafften / ut constat passim ex Receptis. Imp. eorumque subscriptionibus, add. Wehner in *Observ. Pract.* & Besold. *Thesaur. Pract. ad vocem Gesandten.* Et quamvis civitates quoque Hansico fœdere sociatæ, jure Legationis gaudeant, illud tamen intelligendum venit de privilegio speciali: Confer Wurmser. *Exerc. 4. 7. P. tb. 6.* Interim de istis civitatibus notandum, quod eorum Ablegatis à quàm multis Regibus externis jam dudum is honor fuerit habitus, qui concedi solet liberorum populorum Legatis, Dn. Conring. *modò cit. loc. tb. 21.* Ita nuper earum Legati ad Carolum II. Regem Angliæ admissi sunt, ut Ambasiatores, prout constat ex *Relat. Novellis de ann. 1663* Hoc jus Legatos mittendi Nobilibus etiam immediatis non quidem ut singulis, sed ut universis, (ex hoc unico præsupposito, quasi habeant jura territorialia;) attribuire non verentur Wurmser. *d. Exerc. tb. 7.* & Myler *de Stat. Imp. c. 19.* Sed perperam: Præsuppositum enim istud jam satis fuit rejectum in antecedentibus, vid. *aph. XXVI.* quibus addendum & hoc, quod Nobiles

Nobiles isti, cum nihil participant de jure regendi Imperium, ac proinde nec Status mereantur nomen, habeantur privatorum instar. *Besold. Consil. 49 n. 18 seq.* quibus privatis quomodo absque singulari privilegio, aliove titulo hujusmodi Legationis jus competere possit, ego non video. (b) Sive defensivè, sive offensivè, modò utrumque justis fiat de causis. *arg. A. B. tit. in fin.* quas causas eleganter exponit H. Grotius *Lib. 2. de J. B. & P. c. 1. n. 2. seqq.* Ubi prius *sub n. 1.* dicit, causam justam belli suspicendi nullam esse aliam posse, nisi injuriam, sive ea jam tum sit facta & illata, quo casu irrequisito etiam Imperatore se defendere jure naturali esse licitum; add. *Ord. pac. publ. de ann. 1521. tit. die Pœn aller Friedbrecher.* Sive nondum quidem sit illata, sed inferri probabiliter timeatur; & ita justum metum esse justam belli causam. *Conf. Reink. lib. 2. cl. 3. c. 2. n. 25 seq.* quis autem & quando hic metus justus sit, in eo non conveniunt *Dd. vid. interim Grot. d. l. c. 22. n. 5. & Dn. Strauch. Dissert. Exot. IX. th. ult.* Quamvis autem in bello defensivo Imperatoris consensus non sit necessarius, *vid. Gail. 1. de P. P. c. 16. n. 10.* Attamen in bello offensivo ante omnia ejusdem præscientia, autoritas & consensus requirendus, in tantum, ut si neglecto illo Status aliquis temerè arma movere in Imperio audeat, in crimè fractæ pacis publicæ is incidat, contra quæ Camera Imperialis, vel Judicium Aulicum mandata avocatoria sub pœnâ banni & amissionis omnium beneficiorum & privilegiorum, sine clausulâ justificatoriâ decernuntur. *vid. Gail. cit. l. c. 4. per tot.* (c) Cætera jura hinc persequi & temporis angustia & ratio instituti prohibent, siquidem hæc saltim hunc in finem attingi, quò facilius constare possit, quomodo jura territorialia annexa sint Juri Comitiorum, Statuumque Imper. Characteribus. *Subsisto.*

*Tu, LECTOR, si quid novisti rectius istis,
Candidus imperti; si non, his utere mecum.*

SOLI DEO GLORIA.



Nobili atq; Clarissimo

DN. JOH. CHRISTIANO SCHINDLERO,

J. U. DOCTORANDO eximio, ac Cancell. Sondersh. Advoca-
cato dignissimo,

*pro consequendis Summis in Utroque Jure Honoribus
disputaturo*

FELICITER!

Dum Cathedram scandis Themidos peramabile
corclum,

SCHINDLERE, ex animo clara Brabeja precor!

Joh. Ernestus Gerhardus,

SS. Th. D. ac P.P.

T*Eutonici STATUUM REGNI dictante Minerva
dum SCHINDLERE NOTAS Ingeniose refers.*

Nobilis Ingenii NOTA promicat, Inclyta Musa

& sacrata Themis quod super astra vebunt.

Scilicet ut Fasces Romanos alta satelles

fulminis ad celsos erigit usq; polos;

Talis & Ingenii surgens SCHINDLERE volatu

promeritum Themidos jam Diadema refers.

Honoris & benevolentiae c. f.

Christoph. Philip. Richter / D. Com. P.C.

Fac. Jur. Ordinarius & h. t. Decanus.

Quos dudum summos merito promisit honores,

Hos jam designat nostra SALANA Tibi.

Clariss. Dn. Doctorando ex animo gratulor

Georgius Adamus Struve / D.

E

Amplis-

Amplissimo atq. Clarissimo
DN. DOCTORANDO,

Amico suo dilecto.

Dum benè commonstras nostra, SCHINDLERE, Salana
Mentis divitias, hinc jure Brabea capeffis.
Acclamo fausta & voveo Tibi prospera plura!

festinanti crena adponeb.

Ernestus Fridericus Schröter / D.

Ad Clariss.

DN. SCHINDLERUM.

Quæ Nota sit STATUUM IMPERII usq; Character
TEUTONICI, thesibus, suavis Amice, doces.
Faxit, ut hoc Regimen non devia commoda quærat,
Neuve suis fiat dissona turba malis:
Quin potius Nomenq; sibi Laudesq; reserret,
Quò secum maneat semper Honoris Apex.

A. Wentzing.

BALDUS erat quondam Studium, post Practicus usus
CARPZOVI, fructus ILLIUS, HUIUS habes.

benevolentia contestanda gratia Clar.

Dn. Affini gratulari voluit

Gustavus Christ. Happe, J. V. L.

& Consiliar. Schwartzb. Sondersh.

CLARISSIMO

DN. J. C. SCHINDLERO,
J. U. DOCTORANDO.

Premia digna petis, SCHINDLERE polite, perite,
Quæ meritis dudum, jam petis atque refers.

Cur

Cur non grater ego ? Cur fidus Amicus Amico
Non bona verba ferat ? Qualia mente precor.
Faxit löva potens, feliciter omnia cedant,
Et cõrclo eveniant commoda mille meo!

Faustifs. gratulat. E.

^{P.}
Johann. Zeisold.

EX UNGUE LEONEM.

WAn spüht wo Löwen sein! Wo Helden; sieht man
Waffen /

Und wo Apollo wohnt / ist nie kein träges Schlaf-
fen:

Also ein Stand des Reichs / ein Churfürst /
Fürst und Stadt

entdeckt sich aus sich selbst. Was nun ein ieder
hat

Vor Zeichen und Gemerck / diß will Herr Schindler
zeigen:

Drauf sag Ich über diß / daß Dir der Hut zu eigen
Des Doctors wird geschenckt / so wird auch dieses
sein

Daß du wirst künfftig gehn bey HEAREN aus
und ein.

Solches wenige sendete glückwünschend und
eifertig dem Zn. Doctorando als sei-
nem Brüderlichen Freunde zu schul-
digsten Ehren aus Weimar den 1. Fe-
bruar. Anno 1666.

Tobias Emanuel Adami,

J. U. Lic.

E 2


Præ-

Premia, quæis dudum dignus, cupis, Ample Sacerdos
Justitia, meritò que rata dico diu.
Salvus abi, salvusq; redi præclarus Honore,
Et Themidos fructus deim cape. *Vive DIU!*

Prolixitatem adfectûs carminis brevitate
erga Ampl. ac Clar. Dn. Doctorandum,
Amicum suum longè suspiciendum
compensare voluit ac debuit

*Joan. Henr. Zeurkauff / J. V. C.
& p. t. Cancell. Sondersh. Registr.*





Jena, Diss., 1666 S-2


ULB Halle 3
004 371 291



f
56.

Krit.





1666, 42^a 406.
I. N. J.
CHARACTERES 22
STATUS S. ROM. GERM.
IMPERII.

APHORISMIS INAUGURALIBUS
INCLUSOS

DIVINA FAVENTE CLEMENTIA
Ex Decreto & auctoritate Magnifici atque Nobilissimi
Jctorum Ordinis in Includa SALANA,
SUB PRÆSIDIO

DN. GEORGII ADAMI Struben/
Hereditarii in Uhlstädt / Jcti & Antecessoris Celeberrimi,
Consiliarii Saxon. Curia Provincialis & Scabinatus Assessoris
gravissimi, Facultatis Juridicæ SENIORIS meriti-
tissimi,

*Domini Patroni atque Doctoris sui quovis ob-
servantia cultu etatem profe-
quendi,*

PRO LICENTIA

Summos in Utroque Jure Honores ac privilegia Docto-
ralia ritè & legitime capeffendi,
Publico Eruditorum Examinii submittit

JOHANNES CHRISTIANUS Echindler/
ZITTAVIA - LUSATUS,

Per Illustris atq; Generosiss. Comitæ Schwartzburgici
DN. CHRISTIANI GUILIELMI, h. t. Studiorum Moderator,
& Cancellar. Sondershusanae Advocatus.

ad d. X. Februar.

Horis ante - & pomeridianis,

JENÆ, Typis JOHANNIS NISI, Anno M DC LXVI.

